



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

30. An pœnitens possit commutare propria autoritate pœnitentiam in melius? Et docetur, quod quando pœnitens obliviscitur pœnitentiæ in unctæ, & non possit adire primum Confessarium, potest adimplere ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76393](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76393)

§. 1. Negatiue respondent Doctores, quos ego citauit in 3. part. ir. 4. resol. 53. quibus nunc addo Turrianum in selectis disput. part. 2. disp. 31. dub. 62. qui oppositam opinionem improbabilem & temerariam vocat.

RESOL. XXX.

An penitens possit commutare propria autoritate penitentiam in melius? Et docetur, quod quando penitens obliuiscitur penitentiam iniunctam, & non possit adire primum Confessarium, possit adimplere penitentiam secundum proprium arbitrium, considerando peccata confessam, & satisfactionem, que communiter solet adiungi pro similibus peccatis.

§. 1. Negatiue contra me nominatim respondet Tamburinus, Opusc. 1. de Confess. lib. 4. c. 3. §. 1. v. 15. quia, ait ipse, nemo potest commutare praeceptum Superioris, etiam in melius: v. g. non potest fidelis commutare auditionem Missae die festiuo in opus quodlibet illa auditione excellentius, quia non est superiorum quia in casu nostro illud opus, quod a Confessario imponitur, eleuat virtute clauium, ad hoc ut sit opus Sacramenti, non vero illud a te susceptum. Dices: At est sententia probabilis, quod quilibet possit sibi commutare votum in opus aequale, vel saltem in melius. Respondeo: In voto ipse uouens est loco Superioris sibi legem voti imponens: & opus ex voto non debet eleuari virtute clauium: quae aliter se habent in casu penitentiae, ut dictum est.

2. Sed his non obstantibus, me citato affirmatiuam sententiam mordicus docet Pater Leandrus tom. 1. tract. 5. disp. 9. quast. 102. non tantum extratione de commutante votum in melius, sed quia ex Nugno, & aliis quando penitens obliuiscitur penitentiam iniunctam, & non possit adire primum Confessarium, potest adimplere penitentiam secundum proprium arbitrium, considerando peccata confessam, & satisfactionem quae communiter solet adiungi pro similibus peccatis. Ergo penitens potest commutare illam. Vnde haec sententia habet vsque adhuc quatuor validissimos Patronos, Villalobos, Portel, Caestlinum, & Leandrum, est itaque probabilis, licet ego priorem negatiuam, probabilioerem existimem, quam tueri Cardinalis Lugo de penit. disp. 25. sect. 6. n. 96. & alij.

3. Sed ex his quaerit Leandrus, ubi supra quaest. 73. an penitens satisfaciat, Psalmis, Coronae, aut aliis precibus penitentia iniuncta debitis, si sola mente recitet. Et affirmatiue respondet, casu quo certo conseret expedientius esse spirituali eius saluti orare mente quam voce; quia potest penitens commutare

earum preces penitentiae debitas, in orationem illarum mentalem: nam, ut ipse tenet, penitens propria auctoritate penitentiam sibi iniunctam, in aequale, aut in melius commutare potest. Sed Doctores, qui negant penitentiam non posse commutari in melius a penitente, circa casum propositum negatiue contra Leandrum respondebunt. Et ideo Amicus in Cur. Theol. tom. 8. disp. 16. sect. 5. n. 57. sic ait: ex dictis inferitur, penitentem suae obligationi non satisfacere, si Rosarium, quod in penitentiam a Confessario accepit, non uocaliter, sed mentaliter tantum recitet. Ratio; quia Confessarius, nisi aliud exprimat, semper censetur penitentiam iniungere iuxta modum ordinarium, quo solent communiter ab aliis exerceri: cumque communiter Rosarium solet uocaliter recitari non satisfacit penitens, si illud tantum mentaliter dicat. Sicut nec satisfacit qui habens pro penitentia iniunctam ieiunium, illud nocte frangit, etiam si die seruet, contra Suarez disp. 38. sect. 8. initio. Ratio est, quia ieiunium censetur a Confessario penitentii iniungi iuxta morem, quo illud communiter seruatur in Ecclesia. Haec Amicus, cuius sententiae ego adhaereo.

RESOL. XXXI.

Alia dubia circa penitentiam impostam, a Confessario. Sed praeter ea, iam ex illis iterum transscripta in hoc tractatu, restant sequentia dubia.

Primum, an Confessarius teneatur imponere penitentiam praeseruatiuam?

Secundum, an Confessarius possit iniungere penitentiam, ut matrimonium contrahat?

Tertium, an qui ex penitentia ad Rosarium, vel Coronam Virginis recitandam, obligationem habet, possit recitare cum socio, dicens quilibet suam saluationem Angelicam?

Quartum, an penitens, si impotens sit ad recitandum Officium, Psalmos, Coronam, &c. solus, teneatur hac cum socio recitare; & penitentiam adimplere, si socium facile adiuuare queat? Ex part. 1. tr. 7. & Misc 7. Ref. 3.

§. 1. Quae primo an penitens possit propria auctoritate satisfactionem impostam a Confessario in aequale vel in melius commutare; & nouissime negatiue respondet Pasqualig. in Theolog. t. 2. contr. 86. sect. 6. numero 2. & nominatim contra Card. Lugo, sed ego aduersus illum posita plures Doctores adduxi, & nunc aliquos etiam addam, ut probabilitas nostrae sententiae magis firmetur, sic itaque asserit Remigius in pract. Confess. tractat. 5. cap. 5. §. 15. num. 10. El mismo penitente se puede tambien desobligar de la penitencia impuesta en la confession commutandola en cosa igualmente buena, o satisfactoria, o por lo menos en cosa euidentemente mejor; y assi el que tuuo deuocion de rezar todos los dias el Oficio de nuestra Señora, y despues le han dado en penitencia que rezare todos los dias una parte de un rosario, satisfaze la penitencia con el rezo del dicho Oficio. Et me citat Ioannes de Soria in epilogo summarum p. 2. tr. 1. sect. 2. disput. 2. §. circa satisfactionem fol. 101. Potest Sacerdos, imò debet, imponere per virtutem clauium penitentiam aliquam, quia satisfactio est pars Sacramenti: sed non semper est Sacerdos obligatus ad imponendam eam sub praecipuo determinando opus, cum sufficiat aliquando dicere. Si hoc, vel tale opus feceris, ego assigno in penitentiam. Ex quo inferitur, valde vtilius esse illa verba a Sacerdote proferre post absolutionem

na Ref. 56. & in Ref. eius prima not. signanter in eius §. Et quidem prope finem, vers. Ex penitentia.

Sup. hoc in tribus Ref. praecedentibus, & infra in Ref. 33. §. Sed obiter. Ref. sup. in Ref. 25. §. ult. à lin. 2. & in Ref. 18. cursum in §. Nota secundo,

Sup. hoc ad literam infra in §. Quero secundo. huius Ref. in fine. Sup. hoc late sup. in Ref. 11. & in alio §. eius annot.